



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 15. Vegliensis Episcopi oratio, an Sacrificium sit propitiatorium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI
A. C. 1562.

pellandum Sacrificium propitiatorii
sed duntaxat oblatio, hinc futius hujus
Episcopi sermonem referre, operæ pre-
tium erit.

§. XV.

Vegliensis Episcopi oratio, an Sacrificium sit propitiatorium?

Sarp. p. 539.
Es 540.

Hic itaque sermonem suum ita exor-
tus est: „Oblato Sacrificio propi-
„tatorio, si ad expianda hominum deli-
„cta illud sufficiat, ulteriori oblatione
„non opus est, nisi forte ad gratiarum
„actionem ea conferre dicatur: illi e-
„nim, qui in cœna Sacrificium propi-
„tatorium adstruunt, necessario fate-
„coguntur, hoc, & non crucis sacrificium
„nos esse redemptos, cui tamen & Scri-
„ptura sacra, & doctrina Christiana
„nostram tribuit redemptionem: nec e-
„tiam opponi potest, quod utrumque Sa-
„crificium fuerit unum, ac idem, sed in-
„choatum in cœna, & perfectum in cru-
„ce; nam hoc pacto in alias difficulta-
„tes nihilo minores incideretur; hæc e-
„nim quodammodo sibi invicem repu-
„gnant, quod principium sacrificii sit sa-
„crificium, cum tunc, si quis post initium
„factum desisteret, neque ultra pergeret,
„nemo esset dicturus, illum sacrificasse:
„præterea, si Christus Patri non fuisset
„obediens ad mortem usque crucis, sed
„in

„in cœna tantum obtulisset, nemo asse- Secul. XVI.
 „rere auderet, nos fuisse redemptos: A. C. 1562.
 „quare ejusmodi oblatio, eo quod prin-
 „cipium sit sacrificii, non sacrificium i-
 „deo nuncupari valet: fateor equidem
 „mihi haud quaquam propositum, ratio-
 „nes istas tanquam ineluctabiles obti-
 „nate tueri, interim alia ex parte a Con-
 „cilio ligari non possunt hominum men-
 „tes, quin opinionem adoptent, tot,
 „tamque validis rationibus firmatam.
 „Insuper absque omni scrupulo Missam
 „voco Sacrificium propitiatorium: sed
 „nego hac ratione mihi satisfieri, ut Chri-
 „stus quovis modo dicatur obtulisse,
 „sed oblationem tantum præcepisse;
 „nam si Synodus affirmet, Christum ob-
 „tulisse, tunc, si Sacrificium illud dici-
 „tur fuisse propitiatorium, incurreretur
 „in absurdam opinionem superius me-
 „moratam: si vero non asseritur propitia-
 „torium, tunc non poterit inde conclu-
 „di, Missam esse Sacrificium propitiato-
 „rium, sed e contrario tenendum, quod
 „tunc, si oblatio Christi in cœna propi-
 „tatoria non fuerit, Sacerdotis in Sa-
 „crificio Missæ oblatio multo minus pro-
 „pitatoria sit: unde sequitur, quod mul-
 „to tutius sit, asserere, Christum solum-
 „modo imperasse Apostolis, ut offerrent
 „in Missa propitiatorium Sacrificium. „

Cum

Sæcul. XVI.

A. C. 1562.

Cum autem Salmeron Jesuita huius
opinionem adversatus nil prætermittens
ut Episcopus ad suam sententiam per-
traheret, hancque ob rem quandoque
Hofii Legati, nonnunquam autem Ser-
pandi auctoritatem obtenderet, indeque
sibi maximam captaret benevolentiam,
hinc Vegliensis Episcopus carptim ad-
versus hunc Theologum quædam profe-
rebat, inquiens: „in emendationis ne-
„gotio, ubi duntaxat de rebus huma-
„nis agitur, suffragia captandi artes, ac
„studia dissimulari possent, nullatenus
„vero tolerari oportet ejusmodi sollici-
„tationes in rebus Religionem, fidem,
„que concernentibus, cum aliunde id
„pessimi exempli res esset. „

Huic quoque Vegliensis Episcopi sen-
tentia suffragabatur Ægidius Fuscari-
us Mutinensis Episcopus, qui hæc adde-
bat: „Sacrificium Eucharisticum, quod
„meras laudes, gratiarumque actionem
„complectitur, suapte natura est nobi-
„lissimum, cum sit holocaustum quod-
„dam, quod totum ad adorationem Dei
„refertur; quæcunque etiam guttula
„Sanguinis Christi pro redimendis ho-
„minibus suffecisset, sed justitia divina
„imperavit, ut mors morte tolleretur, quem-
„admodum concinit Ecclesia: insuper
„huic sententiæ non solum Oecume-
„nicus adstipulatur, sed videtur mihi, a
„me

„me posse jurejurando affirmari, quod Sæcul. XVI.
 „pariter Divus Augustinus huic fen- A. C. 1562.
 „tentix adhæreat. „

Ceterum Andreas Mocenigus, quem
 Pallavicinus Nimosensem Episcopum
 appellat, suam mentem his verbis pro-
 mebat: „certum est, quod Sacrificium
 „cœnæ, prout etiam cuncta reliqua
 „Christi opera nobis deserviant ad pro-
 „pitiacionem, & gratiam: aſt a Christo
 „nonniſi per Crucem & Paſſionem ſuam
 „noſtrarum noxarum remiſſionem obti-
 „nemus, ibi enim victoria integra eſt re-
 „portata; quapropter ſi illo tempore,
 „quod ultimæ Chriſti cœnæ cum Apo-
 „ſtolis ſuis factæ, & mortis ſuæ ſacri-
 „ficio intercedit, aliquis ex Apoſtolis
 „obiſſet, nondum liberum in cœlo adi-
 „tum nactus eſſet, cum illi necdum fuiſ-
 „ſent aperti. „ Eadem opinio tanquam
 certa habebatur a Didaco de Leon Au-
 guſtiniano, Epifcopo Conimbriceniſi.

§. XVI.

*Tertia classis Patrum circa hanc quæ-
 ſtionem opinantium.*

Insuper tertiæ classis Prælati cenſebant, Pallav. cap. 20.
 quod in doctrinæ decreto, Chriſtum
 Dominum ſe quidem Patri in ultima
 Cœna obtuliſſe, aſſereretur, ſed minime
 diceretur, quam ratione id peractum
 fuerit; cum enim id in quæſtione verſa-
 retur,